Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dicites eis. Serui eramus pharaonis in egypto et eduxit nos dominus de egypto in manu forti
fecitque signa atque prodigia magna et pessima in egypto contra pharaonem et omnem domum illius
in conspectu nostro et eduxit nos inde
ut introducens daret terram super
qua iurauit patribus nostris.
precepitque nobis dominus ut fa
ciamus omnia iustitias hec
et timeamus dominum deum
nostrum ut bene sit nobis cunctis
diebus uite nostre sicut est hodie
eritque nobis misericordia si custodie
mus et faciamus omnia precep
ta eius coram domino deo nostro
sicut mandauit dominus nobis.

VII

Cum introduxerit te dominus deus tuus in
terram quam possessurus
ingrediens et deleuit gentes multas
coram te cetheum et gergesei
um et amorreum chanaaneum et
pherezeum et euheum et iebuseum
septem gentes multo maiores
numero quam tu es et robustio
res te tradidique eas dominus de
us tuus tibi percuties eas usque
ad internecionem. non inibis cum
eis fedus nec miserebis earum
neque sociabis cum eis coniugio. fi
liam tuam non dabis filio eius nec
filiam illius accipies filio tuo que
seducet filium tuum ne sequatur
me et ut magis seruiat deis alie
nis. irascetur furor domini et
delebit te cito. Quod potius hec
facietis eis. aras eorum subui
te et confringite statuas luco
rum succidite et sculptilia conburite que
plus sanctus es domino deo tuo
te elegit dominus deus tuus ut sis ei
populus peculiaris de cunctis populis qui
sunt super terram. non quia cunctas
gentes numero uincebatis uobis
uinctus est dominus et elegit uos
cum omnibus sitis populis paucores
sed quia dilexit uos dominus et
custodiuit iuramenta que iurauit
patribus uestris eduxitque uos in ma
nu forti et redemit uos de domo ser
uitutis de manu pharaonis regis e
gypti. Et scies quia ego dominus
deus tuus ipse deus fortis et fidelis
custodiens pactum et misericordiam di
ligentibus se et his qui custodiunt
precepta eius in mille generationes.
et reddens odientibus se statim ma
ut disperdat eos et ultra non differat
protinus eis retribuens que meruerunt
custodi ergo precepta mea et cetera
mandata atque iudicia que ego mando
tibi hodie ut facias. Si postquam
audieris hec iudicia custodieris ea
et feceris custodiet et dominus deus
tuus tibi pactum et misericordiam quem iu
rauit patribus tuis et diliget te ac multi
plicabit benedicetque fructui uentris
tui et fructui terre tue frumento tuo
atque vindemie oleo et armentis
gregibus ouium tuarum super ter
ra pro qua iurauit patribus tuis ut
daret eam tibi. Benedictus eris ut
omnes populos. non erit apud te ste
rilis utriusque sexus tam in hominibus
quam in gregibus tuis. auferet
a te dominus omnem languorem
et omnes infirmitates egypti pessi
mas quas nouisti. non inferet